



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LII. Bischof Paulus ertheilt den Wohlthätern der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablaßbrief, am 22. Mai 1322.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

LII. Bischof Paulus ertheilt den Wohlthätern der Marienkirche zu Prenzlaw einen Ablassbrief, am 22. Mai 1322.

Vniuersis Christi fidelibus presenciam visuris seu auditoris Frater Paulus, misericordie diuinae Episcopus Ecclesie Curonienensis, salutem in Virgine Filio gloriose. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, bene seruientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri, Cupientes igitur, ut ecclesia parochialis beate marie Virginis in Prenzlaw congruis honoribus frequentetur, et ut filius in matre et mater in Filio collaudetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui iam dictam ecclesiam visitauerint in Festiuitatibus infra scriptis, videlicet, natiuitatis Christi, Circumcisionis, Epiphanie domini, Parasceues, Resurrectionis, ascensionis, Penthecostes et in quatuor Festiuitatibus beatissime Virginis Marie, beatorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum apostolorum omnium, Inuencionis et Exaltacionis S. Crucis, in Festiuitate natiuitatis et decollacionis beati Johannis Baptiste, in anniuersario dedicacionis ecclesie eiusdem, beate Katharine, S. Marie Magdalene manus porregerint adiutrices, Hijs quoque, qui cimiterium dicte ecclesie cum deuotione et reuerencia circuierint, et pro animabus omnium fidelium defunctorum preces deuote fuderint, quadraginta dies, hijs eciam qui corpus dominicum cum ad infirmum portari contingit in exitu et in reditu cum deuotione fuerint infecuti, decem dies indulgenciarum de inuncta eis penitencia, dummodo Diocesani consensus accesserit, misericorditer in domino relaxamus. Datum Prenzlaw, sub annis M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXII<sup>o</sup> sabbato infra octavam ascensionis domini.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LIII. Die Herzöge von Pommern Otto, Wartislaw und Barnim quittiren die Stadt Prenzlaw über 120 Mark, welche sie ihnen für die Mühlen entrichtet hat, am 21. October 1322.

Nos Otto, Wartislaus et Barnym, Dei gratia felavorum, Cassubie et Pomeranie duces, coram uniuersis presenciam visuris et auditoris recognoscimus publice protestantes, quod de maturo fidelium nostrorum Consilio, respectu plurium beneficiorum fidelium nostrorum Burgensium civitatis nostre Primslaw, que nobis gratuite sepius impenderunt, ipsis dimissimus omnia molendina jacentia ibidem in nova civitate ac proprietatem eorundem cum omni jure, quod in eisdem molendinis dinoscimur hactenus habuisse. Ut autem dicti Burgenses a nobis et a nostris Successoribus et Officialibus quibuscunque nullum in dictis molendinis impedimentum patiantur, nobis centum Marcas et viginti Brandenburgensis argenti dederunt et plenarie persoluerunt, de quibus eosdem dimissimus et in presentibus dimittimus quitos et solutos, sub harum testimonio literarum, nostrorum sigillorum munime signatarum. Hujus rei testes sunt Sifridus de Plone, Hinricus de Suerin, Henningus de Boyke, milites, Reymarus de Vredeber et quam plures alii fide digni. Datum Stargard, Anno domini M<sup>o</sup>. CCCXXII in die undecim millium Virginum, per